

Clarissimo uiro domino doctori Joanni Fabri, serenissimi principis et domini d. Ferdinandi Archiducis Austriae etc. Consiliario domino et praceptoris suo obseruantissimo.

Tengnagel: Cl. Cantiuncula J. C.

Faber: D. Claudius Brieff.

Aus dem Cod. pal. Vindob. 9737 g, fol. 16.

Vic.

VIII.

31. Mai 1526. (?)¹

Claudius Cantiuncula an Ludovicus Berus.

S. Semper ego acceptor ero? nunquamne reponam?² Adeo me frequentibus muneribus et ornas et oneras, ut meae me tenuitatis admodum pudeat. Quando enim cessasti esse in me officiosus? ubi unquam apud te repulsam passae sunt meae preces? non quoties libitum fuit, tua usus sum ac prope dixerim abusus benevolentia? Qua profecto tanto molestius uti debueram, quanto eam nusquam non plenissimam expertus sum. Et quod maximum est tuae in me beneficentiae auctarium,³ nullum est quod proferre queam pelargycon, nulla liberalitatis tuae pensatio, quanquam hoc sanctissime contestari⁴ possim, nusquam defuisse animi huius in te mei propensionem; defuisse uires. Nam quod semel me patrono usus es, exigua sane fuit opera, si ad tam adsidua munificentiae tuae officia conferatur. Ita enim (an in alios pari sis animo nescio) ratio liberalitatis demum constare tibi uidetur, si de me nunquam desinas bene mereri, quasi Pliniana sententia⁵ tibi passim ob oculos obuersetur:⁶ Natura (inquit) comparatum est, ut antiqua beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules et quamlibet de homine bene

¹ Die Datirung dieses Briefes ist nicht genau möglich, er kann in die Jahre 1525—1531 fallen, da in dieser Zeit Vic der Aufenthaltsort Cantiuncula's ist; an inneren Anhaltspunkten lässt sich nichts gewinnen. Bär, Ordinarius der Basler theologischen Facultät, starb erst nach 1536. Ueber ihn cf. Vischer, Geschichte der Universität Basel S. 227 ff. und meine Analecten zur Geschichte der Reformation und des Humanismus in Schwaben 20. Der Brief des Erasmus an Cantiuncula III, 962 f. legt den Gedanken nahe, dass er aus dem Jahre 1526 herrühre.

² Cf. Iuuenal I. 1.

³ Hs. auctorium.

⁴ Die Hs. hat constari.

⁵ cf. Plin. epist. III. 4. 6.

⁶ Hs. hat obtersetur.